

postmodum Instrumento, queratur inter transuersas, subtensa 45. Grad. ex lin Grad. accepta Circino manuali, & applicata transuersim inter num: cognomines Lin. Arithm.

Eam monstrabit inter directè applicatas num.
66. videlicet mensuram lateris BC. dato Angulo
BAC. oppositi.

Eodem etiam pacto procedendum deter-
tio latere; nec regula fallet, cum latera sem-
per sint oppositorum Angulorum subtensis,
aut sinibus proportionalia. In obtusis verò
Angulis obseruanda Cautio prop. xxii.

PROP. XXX. PROBLEMA X.

Dati Anguli Tangentem, & Vmbram,
quam vocant rectam, aut versam assignare.

Tangentes Angulorum adscriptæ sunt po-
sito Circuli radio magnitudinis tantæ, quanta
est Instrumenti latitudo;

Quod si libeat cuiuscunque Circuli propo-
siti v.g. AC. Tangentem habere, respond. Grad.
35. Applicetur latitudo Instrumenti ad lineam
Arithmeticam directè, quæ ferè competit in n.
33. tangens verò respondens Grad. 35. applicetur
transuersim inter 33. & 33. ac Immoto Instru-
mento